

constituamus, quum id ad majorem Dominici gregis utilitatem cedere videatur. Cum vero Archiepiscopus et Episcopi Provinciæ Ecclesiasticæ Marianopolitanæ Canadensis Regionis enixas Nobis preces adhibuerint ut archidiocesim Marianopolitanam dividere ac dismembrare, et novam diocesim suo proprio Antistiti credendam erigere velimus, Nos quo satius æternæ illorum Christifidelium saluti prospiciatur, de consilio etiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationis Christiano nomini propagando præpositorum, hujusmodi votis obsecundandum censuimus. Itaque ex certa scientia ac matura deliberatione, Nostro deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, præsentium vi, motu proprio, ab archidiocesi Marianopolitana sequentes regiones seu comitatus Beauharnois, Chateauguay, Huntingdon, Soulanges, et Vaudreuil vocatos, juxta eorum civiles limites, sejungimus ac dismembramus, eosque in vere ac proprie dictam Diocesim cum Sede in civitate Campivallensi, vulgo "Valleyfield," ei idcirco Diocesi nomine Campivallensis imposito, erigimus et constituimus. Illam porro Diocesim, cujus confinia erunt ad Septentrionem et Orientem cum Archidiocesi Marianopolitanâ, ad Meridiem

cur
cur
vie
nea
pri
Ecc
D
et e
inte
quor
et p
miss
et in
torit
tari.
tolic
non
divis
in un
Conc
tutio
quibu
Da
cator
Nostr